



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et
Mi-||racvlis Clari, Opera**

Seuse, Heinrich

Coloniae, 1615

De tertia rupe, eiusque incolarum exercitijs. Capvt XXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38029

CAPVT XXV.

DEVs: Agè dum patefactis oculis sursum
adspice. Mox homo iste oculis sursum
versis rupem istam contuens, quasdam
hinc ad tertiam vsque conscendere vidit: cum
que ad eius superiora peruenissent, nonnulli
inde recidere, alios inibi perstare, qui celatim
ter admodum ex prima rupe ad secundam,
inde ad tertiam percurrerant. H. Quid curus
iste velox hominum in tam sublime scandere
rium designat?

D. Hac ætate eiusmodi cursus rarus est: sed
olim sæpenumero homines magno animo &
subtiliter sese ad æternam transferebant ver-
tatem, fidenterq; tum naturæ suæ, tum cadentium
creaturis omnibus nuntium remittentes, tam
seridè in suam se recipiebant originem, ut
impetu, diuina freti ope, cunctas has præcellas
percurrerent rupes, atque ad montis huius cu-
cumen peruolarent. H. Nôsse velim, quales
sint, qui hanc tertiam habitant rupem. D. Jam
ipse eos contempleris. Quo dicto, confestim
in tertiam est euectus rupem, vbi ingenti
perfusus gaudio, eò quòd longè illi placerent
magis huius habitatores rupis, quam alij homi-
nes inferiorum.

H. Dic, obsecro, mi Domine, cuiusmodi sint
homines isti. D. In maiori apud Deum gratia
& precio sunt, quàm quotquòt inferius degunt.
Porro seuera & aspera hæc exercitia idcirco
colunt.

colunt, vt beatitudinem obtineant, & damnationis pœnas enadât, & exigua Purgatorij tormenta subire cogantur. Plures namque mundi occupationes & curas, quam alij, abiecerunt. Verum tamen illis meliores sunt, at tamen à suo principio adhuc procul remoti sunt, hostisque tartareus suum in eos hamum misit, quo eorum progressum remoratur ac impedit. H. Quis est iste hamus? D. Quod etiam nū non nihil cum hoc mundo commercij & occupationis habent, in quo tamen seipos lpectare se animaduertunt, cunctaque aspera & rigida exercitia sua, cum quadam proprietate & complacentia suâ possident. Is videlicet ingens ille hamus est, quo eos, ne procedant, detinet. H. Cogentur ne & ipsi Purgatorij pœnas perpeti? D. Si tales hinc decesserint, grauitè punientur, leuius tamen, quam cæteri ante dicti, maioreque illis obtinebunt gloriam, eo quod naturam suam virilius aggressi sint.

De quarta Rupe.

CAPVT XXVI.

DEVS: Attolle oculos, & suspice. Contuitus homo iste, nonnullos ex tertia rupe conspexit ad quartam progredi, eaque obiecta, a statum inde corruere, & ex ijs quosdam sub ipsum vsque rete deuolui. Respiciens autem homo iste deorsum, vidit quendam ceptiter aduolare, & magna pernicitate montem hunc conscendere, atque per tres rupes vsque ad quartam vno impetu currere. H. Quæ

Cc 3 est